



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

4. Eadem conclusio probatur à ratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

Philosophiam, vbinis Origenes (vt Patres veteres reliqui) sectatur, procedit: ex qua doctrina recte, & euidenter, vt vidimus, S. Thomas contra ipsum argumentatur, & intentam specificam distinctionem Angelorum, à nostris animabus, atque exemplo explicato albedinis separatæ concludit. Denique ex dictis, in explicatione profundiori doctrinæ S. Thomæ data, num. 6. claret, quam sibi Angelicus Præceptor vbique, siue locis oppositis, siue à nobis, & pro nobis, nostraque conclusionem, productis conseret, & concordet, vt loca omnia, eorumque conclusiones, & principia decidendi, vbique eadem, consideranti facile patebit S. Thomæ laude non exigua; qui aliter intellectus variis sepe, & inconstans, multoties appareret, idcirco etiam profundæ eius menti altius rimandæ, atque eruendæ, non absque pietate, & obseruantia debita adeo prolixè incubuimus, priusquam à ratione rem transigeremus.

CERTAMEN IV.

Eadem conclusio probatur à ratione.

1. Prima esto. Rerum creatarum indiuiduatio non sumitur necessariò à materia; siue tanquam à principio intrinseco, siue extrinseco essentialiter requisito indiuiduationis: ergo nec distinctio indiuidualis solum, & numerica rerum sub specie atoma, siue speciei atomæ, & infimæ à materia tanquam à principio indiuiduationis necessario dependet. Consequentia patet, siquidem indiuiduatio est formale constitutum indiuisi in se, & diuisi, à quouis alio, in eo gradu infimo indiuiduationis, sub quouis genere, & linea metaphysica, sub qua plura indiuidua esse possunt; vt esse possunt sub linea naturæ Angelicæ: ergo implicat non requiri materiam ad indiuiduationem vniuersum rerum, & requiri, ad distinctionem indiuidualem ab aliis indiuiduis, sub genere, aut specie, aut linea quauis, possibilibus, siue ea media, suprema, aut infima prædicata communia pluribus sint. Probatur secundo consequentia, quia eo ipso, quod materia principium necessarium, vnius indiuiduationis speciei vnius atomæ non sit, nec alterius indiuiduationis principium necessarium est: nec enim indiuiduatio vlla creata, (quæ imperfectissimum, ex prædicatis est) ita omnium indiuiduationum, & indiuiduorum, quæ talium, perfectionem formaliter intra se claudit, vt alias omnes indiuiduales, formalitates, & perfectiones excludat: id enim esset infinitam illam, & infinite perfectam simpliciter per denegationem termini, etiam extrinseci, & naturæ indiuiduæ Dei proprium est, omnique naturæ, & prædicato creato repugnans, vt tom. 1. de Deo vno controu. 1. atque alias ibi, atque hoc to. 2. demonstrauimus sæpe; inde vero infero: ergo nec distinctionis vnius indiuidui ab alio sub specie eadem principium necessarium erit materia. Siquidem distinctio indiuidualis, sub specie quauis solum requirit, pluralitatem indiuiduationum, & indiuiduorum sub specie illa, quam nullo materiæ interuentu, siue extrinseco, siue intrinseco possibilem probauimus, si ad vnam indiuiduationem, & indiuiduum necessarium principium materia non sit, inde vero rursus euidenter inferitur; ergo nullo materiæ interuentu, siue extrinseco, siue intrinseco, species quauis atoma in plura indiuidua est multiplicabilis, ac subinde, natura Angelica, etsi omnino spiritalis, nullamque materiam in se continens, neque extrinsecus de se se concetnens, quantumvis infimæ speciei, plura sub se indiuidua coërebit. Probatur antecedens, quia sine materia intrinseca contenta, vel extrinseca connotata,

datur indiuiduum aliquod in rebus: ergo materia nullatenus est principium necessarium indiuiduationis rerum; alioqui in re nulla, sine materia daretur indiuiduatio. Antecedens probatur, in Archangelo Michæle, quod nec materia intrinseca componente, vel extrinseca connotata Angelus indiuiduus est. Vergetur, & confirmatur argumentum præcedens, quia ex fide non solum Michael Gabriel, & Raphael, millesque mille, indiuidui Angeli sunt, nullo materiæ intrinseco, vel extrinseco interuentu, quam eorum nemo intrinsecus habet, neque extrinsecus concernit: ergo nec indiuiduationis, nec distinctionis numerice solum, & indiuidualis rerum materia principium necessarium vllatenus est: ac proinde, sub quouis prædicato specifico, & communi, etiam vltimo, & infimo, possibiles erunt Angeli plures, vt asserimus.

2. Dices ad antecedens, & consequentiam argumenti nostri, atque ad omnes vtriusque probationes præfatas: antecedens quidem esse verum de indiuiduatione, & distinctione numerica, & indiuiduali rerum nullo materiæ interuentu, sub prædicato communi, superiori tamen speciei infimæ, & quæ purè subinde indiuiduario, & distinctio, solum numerica, & indiuidualis rerum non sit, sed etiam specificæ distinctio, & indiuiduum simul: ex huius vero indiuiduationis, & distinctionis numeralis rerum mixtæ cum specifica atoma, possibilitate sine vilo materiæ interuentu (quæ solum ex scriptura, fide, & ratione conuincit possunt) male, & illegitime indiuiduationis, & distinctionis rerum, pure numerice, & indiuidualis, sine materiæ interuentu possibilitatem inferri solummodo posse, la prima, solutio hæc in terminis implicat, vt iam eisdem conclus. 2. Secundo, si materia necessarium principium indiuiduationis ac distinctionis indiuidualis & numerice rerum sit, ea deficiente, & impossibili in rebus aliquibus, (scilicet in Angelis, & si alie specificæ distinctionis principium indiuiduario, & distinctio numerica rerum illarum, associata adhibeatur, & mixta, seu confusa, cum specifica esse non possit: quocirca res illa, si existere deprehendatur, vt existere Angeli, & damones deprehendatur ex fide, realiter, secundum speciem gradum prædicæ, absque indiuiduatione, & distinctione numerica existere, atque inter se distinguere, dicendum erit: imo, nec aliter res illas nisi ita præcise, atque absolute indiuiduatione existere vllatenus posse, nisi Chimæricæ, & contradictorie, vt patet, si assumptum sit verum. Hoc autem demonstratur deficiente quouis principio, ex necessariis, siue intrinsecis ad aliquid, tam physice, quam metaphysice vel præstandum, vel constituendum, etiam cetera adhibere, præstari illud, vel constitui repugnat: vt in omnibus principiis necessariis, actiuis, terminalibus, & partibus formali, & materiali, & cetera adhibere: quorum quouis deficiente, etsi cetera adhibere, nec effectus, nec totum, quod componere poterit subsistere: & ratione euidente conuincitur, necessarium, ad aliquid non esse illud, quo deficiente porum, ad aliquid non esse illud, quo deficiente potest aliud aliquid esse, & consistere; ergo si materia test aliud aliquid esse, & consistere, quibus solum principium quouis modo necessarium indiuiduationis & numerice rerum distinctionis sit, tamen adhibere principia constitutionis, & distinctionis specificæ infimæ rerum, res, quibus materia, nec intrinseca constituitur, neque extrinseca connotata, & supposita non est, ac subinde nec principium indiuiduationis numerice distinctionis esse potest, indiuiduari, & numericè distinguere minime poterunt. Vel ergo fatendum tibi erit Angelos, quibus solum specificæ infimæ constitutionis, & distinctionis (quodcumque esse velis) non autem indiuiduationis, & numerice rerum distinctionis sit, principium adhibere, in tua sententia, principium adhibere, quod specie quidem, non vero numericè, constituit, atque distinguere, contra scripturam & Doctores omnes possit, vel sententia tua deposita, materiam non esse se, vel sententia tua deposita, & distinctionis numeralis rerum omnium principium, fatetur necessarium esse: quare Angelos sub specie atoma sua esse

in plura indiuidua multiplicabiles, vt contēdimus.

3. Dico secundo, implicat species aliqua atoma creata (quare, & Angelorum) immultiplicabilis in plures, & distinctos Angelos indiuiduos. Ex hac conclusione, cuiusque probationibus valde roboratur præcedens. Si enim negatiua, impossibilis ostenditur, affirmatiua, non solum possibilis ostenditur, sed nec illarum veritatis demonstratur. Est autem conclusio ab omnibus Philosophis, & Theologis (pauculis Dominicis exceptis, quos supra memorauimus) supposita præ sui claritate, quam ex instituto probata, nec solum de specie atoma Angelica, sed, & de omni specie atoma, ex instituto probata à nostro Bubalo supra difficult. vltima, & æquialenter à nostris Vazquez citata, d. 181. c. 3. Valentia etiam supra d. 4. qu. 1. punct. 1. Molina citato, art. 1. Soar. d. 5. Metaph. lect. 2. asserentes contra Galetanum, & pauculos citatos Dominicanos differentiam indiuidualem extra omnem differentiam specificam ipsaque angustiorē, & coarctatiorē formaliter, & metaphysice esse necessario debere: inde vero Soarius, vbi proxime art. 1. §. 21. & Quirós supra lect. 3. num. 29. & 4. fine, num. 43. speciem in plura indiuidua immultiplicabilem, vniuersum docent, impossibilem constanter Arist. extra rerum essentias, hoc est species, indiuidua, & singularia collocans, ac proinde hæc definitionis, quæ essentiam rei explicare debet, etque communis, ac nullius indiuidui propria, incapacia docens Similiter, s. Thom. locis recitatis asserens: in omnibus, in quibus essentia à supposito, seu indiuiduo, & singulari differt, necesse esse essentiam, seu naturam communem esse, ac per suppositi, & indiuidui rationem ad hoc, præ indiuiduo alio determinari: quare, & plura sub se indiuidua coherere, nec de se se essentiam, & naturam vllam communem esse ad hoc indiuiduum, & suppositum determinatam. Probatur conclusio ex definitione speciei atome ab omni philosophia recepta ex Porphyrio, c. de specie, quæ nimirum, *apt. est esse, & prædicari de pluribus differentiis numero in quibus*, implicat autem esse, & prædicari de pluribus in quibus posse, si vnum numerice, & conceptu suo formaliter sit, & ab aliis imparticipabile: ergo implicat esse speciem aliquam infimam incommunicabilem & conceptu suo pluribus indiuiduis, quæ sub se verè metaphysice cohercat. Maior est speciei atome definitio non autem speciei intermediæ, quæ genus etiam intermedium est, nec de numero solum, sed specie etiam diuersis, & de his tantum immediata directæ prædicatione potest prædicari, sicuti & directæ categoriæ in esse atque mediis speciebus inferioribus, & infimis indiuiduis, quæ his immediate subduntur, ni totus categoriarum, & prædicamentalis ordo inuertatur. Minor probatur, quia quod est conceptu suo formali indiuiduum est, nequit pluribus verè, metaphysice inesse, ac de illis prædicari, alioquin Petrus, aut Raphaël, verè metaphysice Paulus, & Ioannes, Gabrielue, & Michaël esse possent, ac de illis verè in quibus prædicari. Consequentia est legitima: quod si ad indiuidua plura vnum verè possibile, aliud, vel alia ficta recurrat species entium rationis cum veris, & seclusa præcensione, realibus, (cum quibus, ne genere quidem, conueniunt) confundes, atque eodem prædicamento, ac sub eodem genere prædicamentali cum entibus rationis contineri Petrum, Raphaelē, verā species humanam, & Angelicam tenebris fateri.

4. Arguo secundo ex implicatione simili ex parte differentie specificæ infimæ, illa enim ex Porphyrio, c. de differentiis apta de se est *Esse, prædicari de pluribus differentiis numero in quibus*. Ac subinde pluribus indiuiduis participabilis conceptu suo esse debet, & communis; ergo, si indiuidua plura, sub specie infima, ad quam genus proximum imm. diate contrahit, & quam cum genere ipso formaliter constituit, repugnet, ipsam differentiam infimam specificam esse repugnabit. Hinc

arguo tertio, si differentia infima specificæ, è conceptu suo idem formaliter, vel radicaliter metaphysice, quod differentia indiuidualis indiuidui vnius (verbi gratia Michaelis) non sit, implicat è conceptu suo, tam illam quam speciem ipsa constitutam pluribus indiuiduis communem, & participabilem non esse. si quidem è conceptu suo vero, & scorsim conceptus, soluta & absoluta, à quouis indiuiduo metaphysice erit, nullatenus que impedita, vt nequeat ultra atque extra illud ad plura diuagari, atque implicat differentiam specificam atomam è conceptu suo idem esse formaliter, vel radicaliter metaphysice, quod differentia indiuidualis, cuiusvis indiuidui: ergo implicat, tam differentiam specificam infimam, quam speciem atomam ipsa constitutam, non esse indiuiduis pluribus communicabilem. Minor probatur facile ex dictis differentia atoma specificæ è conceptu suo nulli indiuiduo alligata esse debet, aut propria formaliter, aut radicaliter metaphysice, vt vidimus differentia indiuidualis essentia, & conceptu suo formali alligata, & propria esse debet indiuiduo, quod constituit: debere esse autem è conceptu suo alligatam, & propriam cuius indiuidui; ac non debere ita alligatam, & propriam indiuidui illius implicat: ergo implicat differentiam specificam è conceptu suo formaliter, aut radicaliter metaphysice, esse idem, quo differentia indiuidualis. Hoc argumentum dedit nobis non semel. s. Thom. locis citatis, disp. 34. & 1. p. qu. 3. art. 3. Diuinam naturam, quia seipsa, & per seum esse suppositum est, nec per aliud scilicet hypothesis determinatur immultiplicabilem ait, & hoc exemplo confirmat. *Si fortis per id esset homo, per quod est hic homo, per quod est hic homo, non possent esse plures fortis.* Quod enim è conceptu suo, vnum indiuiduum, & proprium huius indiuidui est, nec plura indiuidua, neque aliis indiuiduis commune esse potest: quare si è conceptu suo differentia atoma specificæ idemmet, quod indiuidualis formaliter esset, dubio procul non specificæ, & communis sed indiuidualis, & huius indiuidui propria, quo ipso argumento vitur s. thomas, 1. p. qu. 11. art. 3. ac de potentia, quæ 1.2. art. 1. & ad 10. & Deum, & filium Dei, immultiplicabiles numero esse. Probatur rursus implicatio, identitatis formalis metaphysicæ differentie specificæ cum differentia indiuidualis, quia differentia indiuidualis non minus contractiua est è conceptu suo speciei infimæ ad indiuiduum, quam differentia specificæ infimæ contractiua è conceptu suo sit generis intermediij ipsi proximi ad speciem infimam constituendam: acqui implicat inde differentia specificæ infimæ conceptum formalem identificari formaliter metaphysice cum conceptu generis intermediij proximè ipsi superiori, ergo & conceptum differentie indiuidualis cum conceptu speciei infimæ. Maior est certa. Minor probatur: quia alias non implicabit differentias, specificas atomas cum inter mediis formaliter metaphysice identificari cum vero, & cum indiuidualibus etiam formaliter identificentur genus supremum immediate formaliter differentie indiuiduales etiam contrahent, nec in vlla linea erit genus supremum prædicamentale, nec intermedium; sed species vnica infima: quod dupliciter aduersarium doctrinæ contradicet. Nempe Angelos specie infima differre, quod repugnat: siquidem specie infima necessario conuenient angeli omnes, quia inferiores species est: non possunt. Vnde secundo contra ipsos sub specie infima plures Angeli solum numero diuersi erunt. Præterea totus prædicamentalis ordo euerteretur: imo prædicamenta ipsa: siquidem differentia illa proxima genere supremo hinc cuiusvis prædicamentalis ad eam doctrinam, & modo præterit formaliter metaphysice cum conceptu illo generis supremi identificari, quare nec genus vllum erit, quod indiuiduum è formali conceptu suo non sit: siquidem differentijs omnibus etiam indiuidua discursu facto formaliter metaphysice identificatum ostendetur.

§ Genus

5. Genus item & differentia specifica, ac species infima, & differentia individualis partes, vel species, vel individuum constituentes sunt: ergo implicat differentiam individuum cum specie, vel specificam cum genere formaliter metaphysice identificantur aequae, ac identificantur physice partes componentes physice totum physicum, & ratio utriusque est; quia compositio, in quavis linea, est distinctorum extremorum coniunctio: quare nequit eorum in quavis linea identitas esse, aut cogitari, quin eorumdem in ea linea identitas, ac diversitas, simul contradictorie sit, & cogitetur. Arguit denique Quirios sect. 3. num. 31. quia Raphael, & Michael plus quam eccitate differant essentia sua, nempe specifica differentia, & dissimilitudine: at differentia, & dissimilitudo, haec nequit esse omnium minima specificae: quandoquidem quavis dissimilitudo, & differentia specifica assignata inter species duas maior, & minor proportionaliter, & geometricè potest assignari: ut inter hominem, & equum, & inter hunc, & leonem: ac proinde inter eorum species, innumeras alias interiacere communis, & stata apud Philosophos est sententia: ergo Michael, & Raphael, non specie infima, (ut adversarij volunt) sed amplius, specie nimirum, seu genere intermedio necessario differant. Sed hoc argumentum eandem habet difficultatem, & si Michael, & Raphael diverso conceptu differentiae specificae ab individuali in suis speciebus constituantur, ut eas infimas non esse probetur: ac insuper in differentis individuandis, & arque individuis, quae talibus, quorum alia aliis individualiter perfectiora è conceptu suo individuali (si in his inaequalitas perfectionis, admittitur. Respondetur autem pro omnibus: species infimas rerum omnimodo, aequales, nec alias aliis perfectiores; & dissimiles, superioresque, & inferiores specificae esse posse: sicut, neque individua individualiter: idque è conceptu suo, & differentia specifica infima, ut individuali habere: neque interea superiorem, & inferiorem speciem, vel individuum assignari aliam, vel aliud aliis posse, siue individualis, & specifica differentia infima, ab individuali formaliter metaphysice differat (ut demonstravimus) siue non differat, ut adversarij volunt: communis autem sententia de possibilitate specierum infinitarum, inter hominem, & equum, superiorum, & perfectiorum, inter inferiores, & superiores imperfectiores, & perfectiores locum solummodo habet, non vero in aequae perfectionis, & gradus specierum diversis, quas ad praesentem questionem possibiles supponimus; si autem possibiles negentur, quaestio de multiplicabilitate, vel immultiplicabilitate solum numerica Angelorum sub specie infima sit impossibilis. Data igitur à nobis argumenta firma censenda sunt, & ad quae reliqua venire debeant (ut robur habeant) ab hoc authore, & aliis excogitata, quae idcirco, & vitandae prolixitatis gratia omittimus. Fundamenta omnia adversariorum ab autoritate plus satis disiecta sunt. A ratione vero sunt debilissima, partim ex aequivocatione abstractionis praedicatorum communium à materia, pro hoc statu immultiplicabilium individualiter, quae à materia logica est, & ad abstractionem naturae Angelicæ, cum qua ab adversariis confunditur, ne patetis umbram habet: quod item natura, Angelica Gabrielis non differat formaliter ab haecitate ipsius, (ut adversarij assumunt,) nec probant, nisi quia individuatione rerum sumitur necessario à materia, confutata probationem habet à num. 1. ad 2. inclusivae, & assumptum multis capitibus repugnans à num. 3. denique speciem Angelicam in Gabriele non habere unde limitetur: quare ipsum continere omnem perfectionem possibilem suae naturae, dissectum est numero primo. Habet enim individuationem, quanta reuincitur identice species, & natura Ange-

lica, ut, ne cum illa ad Michaelem (ut è suo conceptu possit) transire queat, limitetur: quia, ut ibidem diximus, individuatione una nequit omnes possibiles in se formaliter, & metaphysice continere, nec species illa è conceptu suo singularitates omnes, imo, ne vnam quidem, ut videmus proxime; sed cum creata omnis natura sit, nec seipsa subsistens, & ad hoc suppositum, & singulare determinata, sed per aliud determinata, per hypothalam, siue singulare, & individuationem ab ipsa diversam, debet, ut saepe S. Thomas supra recitatus aiebat.

CERTAMEN V.

De numerica distinctione & pluralitate Angelorum de facto.

1. Plures certe numero Angelos esse dogma fidei est in scriptura multoties expressum, plures enim nominibus personalibus Michaelis, Gabrielis, Raphaelis, & aliis, tam bonorum Angelorum, quam cecodemorum in scriptura nominantur; nomina autem personalia, non rursus suppositum, seu personarum, & singularium sunt: quemadmodum apud nos, Ioannis, Petri, Pauli, & Philippi nomina. Nec valet nomina illa personalia, non esse, ut Petri, & Pauli nomina apud nos, sed specierum, ut apud nos homo, leo, equus, & canis, de eis enim ita nominatis, & existerent, localis motus, & operationes aliae, ab scriptura narrantur, quae ab individuis solummodo haberi, exerceri possunt, non autem ab speciebus secundum se, & praecise sumptis, sed solum ratione individuorum, cui realiter identice insunt, & cui per se existentia, & operationes reales physicae rebus conueniunt. Nec magis praestat si res illae, plura illa nomina personalia, non esse, sed officium, & habere, quae ab eodem individuo Angelo, & habere, & exerceri. Raphael enim medicum Dei, & Gabriel Dei fortitudinem, & sic alia nomina Angelorum in scripturis nominata, iuxta vocem eorum, significant. Nil inquam praestat: quia Michael, & Angeli eius cum Dracone, hoc est lacteo, Angeli eius pluribus certasse ex bonis Provinciae viuis ruralis in agendis pro eius commodo colendi Angelo Provinciae alterius resistere: ac denique ex Angelis obediens in loco suo steterunt transgressores exobedierunt, tantum ego expulsi, ac deturbati: quae omnia eidem Angelo, eidem, ac conuenire simul nequeunt, vltimus multumque Angelorum canentium Gloria in excelsis Deo ac proinde individuum Christo nascente refertur, tentatoque & victori plures ministrasse, ad Evangelistis narrantur, & à Christo Domino Matth. 23. An putas, quia non possum regem Patrum meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum? Ve pro me contra Iudaeos, & comprehensurum? & Marc. 5. & Luc. 8. Deum agmina certarent? & Marc. 5. & Luc. 8. Deum legio hominum possidens, & assiduans, ac postmodum ab eo eiecit Christi virtute decem, Daniel. 7. Millia millium ministrabant ei, & Apocalyp. 5. millies centena millia assidebant ei, & Apocalyp. 5. millies centena millia Angelorum militum, num. 11. & audiuimus vocem Angelorum militum, & in circuitu Throni, & animalium, & senarum, & erat numerus eorum millia millium. Quae omnia species non, nisi ratione individuum, possunt conuenire, ut nuper dicebamus.

2. Obiectus autem, difficultate definitus est, an in tanta Angelorum creaturum frequentia, potest innumerabilis, singulos quique species ab aliis diuersae sit, ut nullus cum alio specie infima conueniat? An potius specie infima plures, ex creatis de facto conueniant? in qua quaestione